



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XXIII. Defensio Religionis Catholicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

ad sempiternam felicitatem monstrat viam, & rationi maximè affinis est.

XXIII. DEFENSIO RELIGIONIS
Catholicae.

IN EXORDIO declarabis quàm temerè ii suas Iraciones instituunt, qui cum in rebus arduis & sempiternam felicitatem spectantibus longissimè à veritate recesserint, alios etiam in eandem errorum voraginem deducere annuntiant: illorum in numero adversarium tuum esse dices, quin imò tanto stultiorem, quantò fides, quam impia sua machinatione Auditorum animis eripere conabatur, reliquas splendore virtutes antecellit.

IN PROPOSITIONE, Te rationibus efficacibus planum facturum polliceberis, vanissimam eius suasionem fuisse, nec quicquam majori conjunctum esse dementiae, quam Romanam Apostolicamq; fidem improba Novatorum perfidia commutare.

AD I. ARGUMENTUM respondebis, Quòd eam sectandam statuis Religionem, quæ bella tollit, id laudo: quòd verò talem non Catholicam, sed Lutheranam, aliamve Sectariorum esse censes, id verò est, quod reprehendo.

PRIMÒ, Quia bella prosiliunt ex privatorum in Principes seditionibus: ejusmodi verò seditionibus classicum canit nova religio, dum magistratibus obediendum negat.

SECONDÒ ab exemplo. Quia universa Europa summa fruebatur pace antequam manifestissima hæresion monstra ab inferis in hanc lucem prodirent, & verustissimam Catholicorum fidem infestarent, Agricola, negotiatores, opifices, tutò suis insistebant functionibus, cultus divinus ubique locorum vigeat, florebat Gallia, Germania, Polonia,

nia,

CATHOLICA.

nia, similesque provinciæ, quæ nunc bellis prope-
modum jacent prostratæ. Ab adversario autem
laudatæ, & hæresi infectæ Provinciæ, quietè vi-
vent, usq; dum Christianis Principibus ab aliis oc-
cupationibus respirare licuerit, & insignem earum
in Deum hominesq; perfidiam vindicare.

Si per unam Religionem omnem amicorum di-
scordiam censes amovendam, quæ nos coget insa-
nia, ut hoc præsidium hæreticæ potius, quàm Or-
thodoxæ inesse arbitremur: *Excurre hic in Catholi-
ca Eccl. Majestatem, eamq; demonstra,* ab eius auctore
Christo, Apostolis propagatoribus, Martyribus
assertoribus, Doctoribus ingenio singulariq; san-
ctimonia eam adversus hostes fortiter defenden-
tibus. *Ornabis contrariis.*

Ad SECUNDUM: Dissuadet verum Dei cum
rum, propterea quod corporis annexas habet af-
flictiones. Quid ais accusator, jejunium malum
existimas? Christum igitur servatorem, sapien-
tiam summam, ipsum immortalem Deum accu-
sas jejunantem, nobisque exemplo præeuntem?
ciborum tollis delectum? Ecclesiam, ipsique assi-
stentem Spiritum Sanctum arguis? In templis o-
randum negas? ab ipsis idolorum cultoribus pie-
tate superaris? *scire volebas,* quamobrem eiusmodi
rebus Deus delectaretur? *Respondeo* PRIMÒ, quòd
cum per voluptates incurramus Dei offensionem,
eam per eiusmodi pœnas mitigemus. SECUNDÒ,
quod temporibus in vitia propensissimis, hac ra-
tione frænos injici constet. TERTIÒ, quod sic
obsequentes nos magistratibus spiritualibus præ-
beamus.

Ad TERTIUM, Dogmata Catholici cultus
non veræ, sed depravatæ rationi reluctantur. Si
in SS. Eucharistia Deum hominemq; præsentem
esse negas, etiam Dei potentiam negas, & veracis-
simum Deum mendacii nefariè coarguis: at is est,
qui

*Vide Orat.
pro Rescio
Amerino.*

qui omnia faciendi potestatem habet, & qui clarissimis Scripturæ testimoniis suam in Eucharistia veram præsentiam confirmat. *Adhuc*, si Christo id suo præstitit merito, ut meritum nostrum momenti apud Deum aliquid obrineat; & si ipse passus est, ut imitemur vestigia eius, quid falsi status nostræ inhærere fidei?

*Vide consultationem.
P. Leonardi
Lecti.*

PERORANDO rursus breviter ostendes, quam inania adversarius contra veram doctrinam argumenta attulerit, suadebisq; Auditoribus, ut vitæ sibi potius cum Martyribus quam Catholicam fidem eripi patiantur.

XXIV. ENCOMIUM VERÆ AMICITIAE, quæ non nisi à virtute præditis, & ab virtutibus initur.

*S. Ambros.
3. de Offic.
c. 16.*

*Non potest homini amicis esse qui DEO fuerit in fiduc.
Hieron. Ep.
103.*

EXORDIUM duces à querela de raritate verorum amicorum, quod in cœlum videatur a volasse vera amicitia, eiq; successerit invidia, quo tot angues ex nigro guttore, totq; aspides ubiq; evomat, ut docente proverbio, nusquam tuto vivas.

In PROPOSITIONE dices: Te Auditores, ad huius mali latius serpentis remedium, ad veram amicitiam, licet tam insignis, tam necessaria, tam utilis, tamque jucunda virtus ampliorem dicendi copiam segetemque postulet, invitaturum paucis.

CONFIRM. I. LOCUS ab Amicitia vera nobilitate & præstantia, quæ inde patet, quod nihil discrepare videatur à charitate proximi, quam Apostolus Paulus omnibus virtutibus donisque cœlestibus prætulit: quia alias omnes virtutes earumque perfectiones suo ambitu complectitur. Hinc Gregorius Theologus seu Nazianz. Nihil, inquit, amicitia venerabilius. S. Ambros. Quid amicitia preciosius est, quæ Angelis communis & hominibus est? S. Hieron. Scripsit Theophrastus tria de amicitia

*In Apolog.
nico post reditum ex
fuga. 3. de
Offic. 8. 16.*